Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31491
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Ad Corinth. I.

Capitl. XIII. Commendat apl caritatem
et excellentiam et utilitatem ita ut inde sit. Nunc
manet fides spes charitas tria hec
maior autem horum est charitas. Ca. 14.
Sectamini caritatem aemulamini autem spiritalia
parvuli estote sensibus adulti estote
omnia honeste et secundum ordinem fiat inter vos.
Capitl. XV. Corrumpunt bonos mores
colloquia prava. Facta est prima homo Adam in
animam viventem. Novissimus Adam in spiritum vivificantem.
Non primum quod spirituale est sed quod animale. Dein
quod spirituale. Primus homo de terra terrenus
secundus homo de celo celestis. Qualis terrenus
tales et terrenis et qualis celestis tales et celestes.
Sicut portavimus imaginem terreni portemus
et imaginem celestis. Hoc autem dico fratres quia caro et sanguis
regnum dei possidere non possunt neque corruptela
incorruptelam possidebit. Mysterium
dico. Omnes quidem resurgemus sed non omnes
immutabimur. Canet enim tuba et mortui re-
surgent incorrupti et nos immutabimur.
Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere immortalitatem.
Itaque fratres dilectissimi stabiles estote et im-
mobiles abundantes in omni opere domini